

Preces

Christum, pro homínibus pontíficem constitútum in iis quæ sunt ad Deum, dignis láudibus celebrémus, humíliter *deprecántes*:

℟. Salvum fac pópulum tuum, Dómine.

Qui Ecclésiám tuam per sanctos et exímios rectóres mirabíliter *illustrásti*,

– fac ut christiáni eódem semper lætificéntur *splendóre*. ℟.

Qui, cum sancti te pastóres sicut Móyses orárent pópuli peccáta *dimisísti*,

– per intercessiónem eórum Ecclésiám tuam contínuá purificatióne *sanctífica*. ℟.

Qui sanctos tuos unxísti in médio fratrum et Spíritum tuum in illos *direxísti*,

– reple Spíritu Sancto omnes pópuli tui *rectóres*. ℟.

Qui pastórum sanctórum ipse posséssio *existísti*,

– tríbue nullum ex iis, quos sáanguine acquisísti, sine te *manére*. ℟.

Qui, per Ecclésiæ pastóres, vitam ætérnam óvibus tuis præstas, ne rápiat eas quisquam de *manu tua*,

– salva defúntos, pro quibus ánimam tuam *posuísti*. ℟.

Oratio conclusiva

Deus, qui beátum Benedíctum abbátem in schola divíni servítii præclárum constituísti magístrum, † tríbue, quæsumus, * ut, amóri tuo nihil præponéntes, viam mandatórum tuórum dilatáto corde currámus. Per Dóminum.

DIE XI IULII

S. BENEDICTI, ABBATIS

EUROPÆ PATRONI

SECUNDUM ANTIPHONALE ROMANUM II

Introductio

DEUS, in adiutóri-um me-um inténde. **R.** Dómine, ad ad-
iuvándum me festína. Glóri-a Patri, et Fí-li-o, et Spirítu-i Sancto:
Sicut erat in princípi-o, et nunc, et semper, et in sǎcula sǎculó-
rum. Amen. Allelú-ia.

Hymnus

IN-ter æ-térnas súperum corónas, quas sacro partas cólimus
tri-úmpfo, é- micas celsis méri-tis corúscus, o Benedícite! Sancta
te compsit pú-erum senéctus, nil sibi de te rápu-it volúptas, á-
ru-it mundi tibi flos, ad alta mente levá-to. Hinc fuga lapsus
pátri-am, paréntes déservis, fervens némorum coló-nus; in- de conscrí-
bis documénta vi-tæ pulchra be-á-tæ. Iam docens omnes pópulos
subesse légibus tandem placi-tisque Chris-ti, fac tu-is cuncti
précibus pe-támus cǎ-lica semper. Clá-ritas Patri genitæque Pro-li,

Antiphona ad Magnificat

If **O**cǎléstis norma vitæ, * doctor et dux, Be-nedícite, cu-
ius cum Christo spí-ritus exsúl-tat in cǎ- léstibus; gre-gem, pastor
alme, ser- va, sancta prece cor- róborá, ví-a cǎ-los cla-rescén-te
fac te duce pe- netrâre.

Lc. 1, 46-55

Magní-ficat * ánima *me-a* Dóminum.
Et exsultávit spí- ritus **me-us** * in De-o, salutári **me - o**.

Quia respéxit humilitátem *ancíllæ suæ*: * ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes *generatiónes*.

Quia fecit mihi *magna qui potens est*: * et sanctum *nomen eius*.

Et misericórdia eius a progénie *in progénies* * *timéntibus eum*.

Fecit poténtiam in *bráchio suo*: * dispérsit supérbos mente *cordis sui*.

Depósuit *poténtes de sede*, * et exaltávit *húmiles*.

Esuriéntes *implévit bonis*: * et dívites dimísit *inánés*.

Suscépit Israel, *púerum suum*, * recordátus *misericórdie suæ*.

Sicut locútus est *ad patres nostros*, * Abraham, et sémini *eius in sǎcula*.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, *et nunc et semper*, * et in sǎcula sǎculórum. Amen.


Lectio brevis

1 Ptr. 5, 1-4

Seniores, qui in vobis sunt, obsecro consenior et testis Christi passionum, qui et eius, quæ in futuro revelanda est, gloriæ communicator: pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanee secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie; neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et, cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.

Responsorium breve

R. br.
Hic est fratrum amator, * Qui multum orat pro populo. V.
Et animam suam tradidit pro fratribus suis. V. Glória Patri, et
Fílio, et Spiritui Sancto.




Flámini Sancto decus atque cultus, grá-ti-a quorum tibi tanta
laudis gló-ri-a lucet. Amen.

Antiphona I

S. Gregorius

VIII g
Fuit vir * vi-tæ venerábilis, grá-ti-a Benedíctus et nómine,
qui ab ipso pu-erí-ti-æ su-æ tẽpore cor ge-rens sení-le, æ-tátem
mó-ribus tránsi-ens, nulli ánimum volup-tá-ti dedit.

Ps. 14



Dómine, quis habitábit in tabernáculo tu - o? * aut quis requi-escet
in monte *sancto* tu - o?

Qui ingreditur sine **mácula**, * et operatur *iustitiam*:

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolum in *lingua sua*:

Nec fecit próximo suo **malum**, * et opprobrium non accepit adversus próximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu eius **malignus**: * timentes autem *Dominum glorificat*:

Qui iurat próximo suo, et non **décipit**, † qui pecuniam suam non dedit ad *usuram*, * et múnera super innocentem *non accepit*.


Qui **facit** hæc: * non movébitur in *ætérnum*.

Glória Patri et Fílio, * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen.

Antiphona II

Id **B**e-átus vir Benedíctus * plus appéti-it malla mundi pérpeti quam
laudes, pro De-o labóribus fatigári quam vitæ hu-ius favóribus extólli.



Ps. 111

Be-átus vir qui ti - met Dóminum: * in mandátis eius *vo-let* ni - mis.

Potens in terra erit semen eius: * generátio rectórum *benedicétur*.

Glória et divítia in domo eius: * et iustítia eius manet in *sæculum sæculi*.

Exórtum est in ténebris lumen *rectis*: * miséricors, et miserátor, et iustus.

Iucúndus homo qui miserétur et *cómmodat*, † dispónet sermónes suos in iudício: * quia in ætérnum non *commovébitur*.

In memória ætérna erit iustus: * ab auditióne mala *non timébit*.

Parátum cor eius speráre in Dómino † confirmátum est cor eius: * non commovébitur donec despíciat *inimicos suos*.

Dispérsit, dedit paupéribus: † iustítia eius manet in *sæculum sæculi*: * cornu eius exaltábitur in *glória*.


Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet et tabéscet: * desidérium peccatórum *períbit*.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et *semper*, * et in *sæcula sæculórum*. Amen.

Antiphona III

VIII g **G**lori- ósus * conféssor Dómini Benedíctus vitam angé-licam
ge-rens in terris, spéculum bo-nórum ópe-rum fac tus est mundo;
et íde-o cum Christo iam si-ne fi-ne gaudet in cælis.



Ap. 15, 3-4

Magna et mirabí-li-a ópera tu - a, * Dómine De-us *omnípotens*;

iustæ et veræ viæ tuæ, * Rex *géntium*!

Quis non timébit, Dómine, * et glorificábit *nomen tuum*?

Quia solus Sanctus, † quóniam omnes gentes vénient et adorábunt in conspéctu tuo, * quóniam iudícia tua *manifestáta* sunt.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et *semper*, * et in *sæcula sæculórum*. Amen.